

Quæ sit maxima differentia sectionum æquinoctialis & zodiaci. Cap. X.



Imili modo, quæ de mutatione obliquitatis signife-
 ri & æquinoctialis exposita sunt, comprobabimus
 recte se habere. Habuimus enim ad annum secun-
 dum Antonini apud Ptolemæum anomaliã simp-
 licem examinatã partium xxi & quartæ, sub qua reperta
 est obliquitas maxima partium $xxiii$. scrup. li . secundorum
 xx . Ab hoc loco ad nostrum obseruatum sunt anni circiter m .
 $ccclxxxvii$. in quibus anomaliæ simplicis locus numeratur
 part. $cxlv$. scrup. $xxiiii$. ac eo tempore reperitur obliquitas
 part. $xxiii$. scrup. $xxviii$. cum duabus ferè quintis unius scru-
 puli. Super quibus repetatur abc circumferẽtia zodiaci, uel pro
 ea recta propter eius exiguitatem, & super ipsam anomaliæ sim-
 plicis hemicyclium in b polo, ut prius. Sit qz a maximus declina-
 tionis limes, c minimus, quorum scru-
 tamur differentiam. Assumatur ergo a
 e circumferẽtia parui circuli partium
 xxi . scrup. xv . & reliqua quadrantis e
 d partium erit $lxviii$. scrup. xlv . To-
 ta autem edf secundum numerationẽ
 part. $cxlv$. scrup. $xxiiii$. & reliqua
 df part. $lxxvi$. scrup. $xxix$. Demittantur eg & fk perpendi-
 culares diametro abc . Erit autem gk circumferẽtia maximi cir-
 culi, propter differentiam obliuationum à Ptolemæo ad nos
 cognita, scrup. primorum $xxii$. secundorũ lvi . Sed gb rectæ
 similis, dimidia est subtendentis duplum ed , siue ei æqualis par-
 tium 932 . quarum fuerit ac instar dimetientis part. 2000 . quarũ
 esset etiam kb semissis subtendentis duplum df part. 973 . datur
 tota gk partium earum 1905 . quarum est ac 2000 . Sed quarum
 gk fuerit scrup. primorum $xxii$. secundorũ lvi . erit ac scrup.
 $xxiiii$ proxime, inter maximam minimamqz obliquitatẽ dif-
 ferentia quam perscrutati sumus. Qua constat maximam fuisse
 obliquitatem inter Timocharim & Ptolemæum partiũ $xxiii$.
 scrup. li . cõpletorũ, atqz nunc minimã appetere partiũ $xxiii$.
 scrup.

